

& à successoribus custoditum in publicis documentis decretorum, & literarum, exponendas esse libenter credam. In averſa parte ejuſdem Tabellæ leguntur nomina Sanctorum, quorum

A Reliquiæ ſub eo ſignaculo Tituli, ac dedicationis concluderantur: ritu ad noſtra etiam tempora derivato:

hic re QVIESCIT CAPVT  
SCI CRESCENTINI. M  
ET RELIQVIE · S. SV<sup>P</sup>ANT

Unà cum titulo ita inſculpto viſitur facies anterior ſarcophagi Chriſtiani, in quo inſculptum eſt monogramma nominis Chriſti Domini intrà coronam cum lemnifcis, more familiari ætatis B. Damafi. Non eſt diſſimilis figura, aut magnitudine alteri tabulæ, quam Card. Franciſcus Barberinus S. R. E. Vice-Cancellarius in aram maximam Tituli ſui S. Laurentii in Damaso ex marmore nobiliore ſubſtituit, veterem, ut arbitror, altaris frontem imitatus: quæ in Ædes Farnefianas translata fortaffe fuit, quando Cardinalis Farnefus Titulum eundem, & aram maximam variis ornamentis decoravit, ut gentilitia ejuſdem inſignia teſtantur in laqueari, & parietibus auro, & coloribus expreſſa per Thaddæum Zucherum: à quo etiam geſtavitæ, & martyrii B. Laurentii eleganter pingi curavit. Eccleſiæ Romanæ Libri Rituales, & Pontificales ex antiqua conſuetudine præcipiunt in Eccleſiæ, & Altaris dedicatione, ut Epochæ conſecrationis ſcripto conſignata reponatur cum reliquiis Sanctorum ad perennem rei memoriam ab Epifcopo conſecrante ſub menſa Altaris. Obſervant quoque pii, & eruditi Collectores Rituum Sacrorum, & præcipuè Adm. R. P. Edmundus Martene Tomo tertio celeberrimi Operis de *Antiquis Eccleſiæ Ritibus* lib. 2. cap. xii., tum in Oriente, tum in Occidente ex ætate Conſtantini Magni ad conſequentes in more poſitum, ut dedicationes Eccleſiarum, & Altarium, plerumque fierent in conventu Epifcoporum, qui ea de cauſa invitari conſueverant. Superſunt etiamnum in Actis Concilii Tyrienſis apud Euſebium lib. 4. de Vita Conſtantini cap. 43., Conſtantinopolitani lib. 2. cap. 39. apud Socratem; Arauſicani anno 441. cap. 10. Arelatenſis II. cap. 37. & in Epiftoſis B. Ambroſii 22. ad Marcellinum, aliiſque compluribus documenta diei ad dedicandum delectæ: ita ut Actis non ſolum publicis, ſed etiam Synodalibus inſertæ dedicationum Epochæ teneantur. Quin etiam colligunt ex epiftoſa 9. Gelafii Primi cap. 4. & 25. & S. Gregorii Magni lib. 5. ep. 45. adeo celebre habitum fuiſſe miniſterium Eccleſiæ dedicandæ; ut in Italia id non præſumerent exercere Epifcopi Diœceſani quarto, & quinto ſæculo, niſi impetratâ prius à Summo Pontifice poteſtate. Cæterum etiam in Provinciis receptum fuiſſe morem ſignandi Epocham primarij lapidis in fundamento Eccleſiarum jaciendo docet nos marmor Maſſilienſe editum à V. Cl. Stephano Baluzio de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Comm. ad Lactantium, & ab illuſtribus Maſſiliæ Hiſtoricis Ruſſis lib. 10. pag. 46. in quo legitur, jactum fuiſſe primarium lapidem illius Eccleſiæ à fundamentis reſtitutæ Conſulatu ſexto Valentiniſi Auguſti, ſcilicet anno Chriſti 445. xiii. Kal. Decembris anno xviii. Epifcopatus Ruſtici: ubi etiam conſignantur nomina Epifcoporum, ſubſidia corroborantur ad conſtructionem Sacri Ædiſicii, numeratâ ſummâ ſolidorum, quam quiſque contulerat. Compendiariis autem literis ita concepta eſt, non ſecus ac Damafi inſcriptio paulo ante recitata.

B **✠ DO. ET XPO MISERANTE. LIM. HOC. C. L. K. T. E. ANNO IIII. C. S. VALENTINIANO. AVG. VI. III. KL. D. XVIII. ANNO EPTVS RVSTI. . . . .**  
*Deo, & Chriſto miſerante limen hoc conlokatum eſt anno quarto Conſule Valentiniſiano Auguſto VI. tertio Kalendas Decembris xviii. anno Epifcopatus Ruſtici.*

In veteri muſivo Eccleſiæ S. Sabinæ in Monte Aventino ejuſdem Tituli Clerici ita expreſerunt Epocham Pontificatus S. Cœleſtini, quo Eccleſiam regente Ædes illa ſacra magnificentius fundabatur.

C **✠ Culmen Apoſtolicum cum Caeleſtinus haberet Primus & in toto fulgeret Epifcopus Orbe**  
*Haec quæ miraris fundavit preſbyter urbis Illyrica de gente Petrus &c.*

Facile igitur intelligimus, quæ monumenta dedicationum ſacrarum Ædium tum temporis ſuperſeſſent, in tot marmoribus, & muſivis, in epiftoſis dedicantium, & concedentium, in actis ſynodalibus, in diptychis, & Kalendariis Eccleſiarum, quotannis recolentium diem dedicationis.

D 36 Sacros Fontes Damafi, Hilari, Bonifacii, Caeleſtini, & Johannis Summorum Pontificum curâ conſtructos memorabant vetuſta epigrammata Gruteriano in opere impreſſa pag. 1163. num. 11. & 1164. num. 2. & 4. Elegantes verſus à Sixto III. incifi in Baptiſterio Lateranenſi octaſtylo, relati à Panvinio in libro de ſeptem Urbis Eccleſiis, & à Card. Raſpono de Baſilica Lateranenſi lib. 3. cap. 1. ſuperſites adhuc leguntur in epiftyliis Conſtantinianis: quemadmodum Ambroſii verſus legebantur in fonte Eccleſiæ B. Theclæ ejuſdem figuræ octogenæ (cujus myſterium ibi declarat Sanctus Epifcopus) editi per Gruterum ex veteri m. s. pag. 1168. num. 8. cum reliquis epigrammatibus Beati Doctõris, indicantibus dedicationes ab ipſo peractas, & myſteria rituum, qui in illis adhibentur. Sub Siricio Papa æquali S. Ambroſio incifam videmus Epocham reſtituti preſbyterii in platoniam S. Pudentianæ, ſeu Tituli Paſtoris:

E **SALVO SIRICIO EPISCOPO FELICIQVE LEOPARDO ECCLESIAE SANCTAE:** cætera deſiderantur. Hilarus Archidiaconus, deinde Pontifex Romanæ Eccleſiæ, oratorium Sancti Laurentii à ſe reſectum cælavit: quod reſeptum inter parietinas ejuſdem Ædis apud S. Euſebium ſervat collectio marmorum vetuſtorum Muſei Albani.

**✠ AVXILIANTEDNO DO NXPO ORANTE BEATO LAVRENTIO MARTYRE HILARVS ARCHIDIAC FECIT.**

His autem in celebritatibus conſecrationum, cum dona plurima offerrentur, ac dicarentur, largitione Principum, ſive Præfulum, tum mobilia, tum immobilia, quæ paſſim memorat Liber Pontificalis; eorundem donorum documenta, quæ tertium caput conſtituunt noſtræ diviſionis proferemus aptius; ſi prius abſolvere nobis liceat ea, quæ de Pontificum decretis ſuper-